



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

60. Universis, & singulis &c. Monitorium die 9. Decembris 1715. vigore  
specialis Chirographi Pontificii expeditum contra Compulsores, &  
Violatores, Immunitatis, Jurisdictionis, & Libertatis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)



XL

MONITORIUM

Die 9. Decembris 1715, vigore specialis Chirographi Pontificii expeditum contra Compulsores, & violatores Immunitatis, Jurisdictionis, & Libertatis Ecclesiasticæ in Civitate Melfana, ac in Civitate, & Diœcesi Catanien., nec non Ecclesiastici Interdicti, eidem Civitati, & Diœcesi Catanien. apposti, & præsertim contra Ecclesiasticos earumdem Civitatis, & Diœcesis Catanien.

*Nicolaus Spinula Archiepiscopus Thebarum, Pontificii Solii Assistent, Curia Casarum Camere Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curia Judex Ordinarius; Sententiarum quoque, ac Consularum tam in eadem Romana Curia, quam extrâ eam litarum, ac Literarum Apostolicarum quarumcumque Universalis, ac merus Exequutor, nec non Judex à Sanctissimo Domino Nostro Papa in infrascripta Causa per speciale Chirographum Deputatus, ac Delegatus.*

Universis, & singulis RR. DD. Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis, Parochialiumque, & Collegiarum Ecclesiarum Rectoribus, seu earumdem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, cæterisque Presbyteris, nec non Clericis, & Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præsentis nostræ literæ pervenerint, seu quomodolibet præsentabuntur, salutem in Domino.

§. 1. Noveritis, quod hac infrascripta die comparuit coram Nobis Perillustri, & Excellentissimo Domino Nicolaus Jacobatus Sanctissimi Domini Nostri Papæ, ejusque Reverendæ Cameræ Apostolicæ Generalis Procurator Fiscalis, & expletâ jam relatione eorum, quæ ab Administris Sæcularis Potestatis Regni Siciliae, eique adherentibus, impiè non minus, quàm sacrilegè perpetrata fuerunt, tam in Civitate Panormi, quàm in Civitate, & Diœcesi Agrigentina, præfata jussu Sanctissimi Domini Nostri Papæ subjæctæ reperiebantur, & adhuc reperiuntur, nec non relatis insuper nonnullis excessibus, qui ex detestabili quorundam Laicorum temeritate in Civitate, & Diœcesi Catanien., pari Interdicto suppositis, eadem de causâ contigerunt, ut ex distinctis petitionibus hodiernâ die factis latius apparet: Modò fusiùs commemorando ea, quæ ex damnatâ potissimum operâ quorundam Virorum Ecclesiasticorum in Civitate, & Diœcesi Catanien. hujusmodi admissa fuerunt, narravit, ex aliis nostris monitoriis Literis die duodecima Januarii proximè præteriti expeditis satis innotuisse miserimum, & deplorabilem statum Civitatis, & Diœcesis præfatarum, & quàm graves illic violationes Ecclesiasticum Interdictum usque ab initio sustulerit. Cùm enim eam præ aliis calamitatem Civitas, & Diœcesis prædictæ infeliciter sortita fuerint, ut Joannes Baptista Parisius Ecclesiæ Catanienensis tunc Vicarius Generalis, non minus sui muneris, quàm sui Episcopi Proditor factus, in proprium Antistitem, & in Gregem suæ curæ commissum arma converterit, eo adnente, nec non accedente auctoritate potestatis sæcularis, cujus partes nefariè tunc explebat Franciscus Barbara Abbas Sanctæ Lucie nuncupatus, uti assertæ, & abrogatæ Monarchiæ Delegatus, factum fuit, ut Ecclesiæ tam Civitatis, quàm Diœcesis apertæ fucint, & ferè ubique divina Officia publicè celebrarentur. Adhuc tamen memoratum Apostolicum

Interdictum suos habuisset Cultores, & plures, dirâ licet, ac sævâ ejusmodi tempestate nullatenus commoti, constantes permanissent in obedientiâ Apostolicorum mandatorum, præsertim, quia etiam multi Prævaricatores redeuntes ad cor, ipsius Interdicti observantiam in dies reperebant, nisi ex illismet, qui scientiam legis se habere promittebant, infurexissent Viri fabricatores mendacii, qui auditum à veritate avertebant, etiam postquam verus Apostolicæ Sedis sensus multifariam eis innotuerat, posuerunt in mendacio spem suam, & tub inani metus obtentu latissimam aperuerunt viam Interdicti eversioni. Plurimi igitur, etiam ex iis, quibus eadem Sancta Sedes confisa fuerat, ut pro sui officii, vel gradus debito ascenderent ex adverso, ac starent in prælio, & murum opponerent pro domo Israel, susceperunt vocem mendacii, & Prophetis prophetantibus de corde suo applauserunt manibus suis; Ecclesiastici scilicet, tam Sæculares, quàm Regulares, qui aquam hanc turbidam falsæ doctrinæ ebibentes, primi confregerunt obedientiæ jugum, ruperunt vincula, & recesserunt de viâ, errantes ac in errore mittentes, & scandalizantes plurimos, & irritum facientes mandatum Apostolicæ Sedis. Horum porro exemplo, nec non supradicti Parisii suasionibus, ac minis, & terroribus, potestatis Sæcularis Populi Catanienensis abducti, omnes ferè declinaverunt, ac simul inutiles facti sunt, adeo ut in Civitate, & Diœcesi Catanien. vix Interdicti umbra remanserit.

§. 2. Interea è sublimi Apostolorum Principis Sede exurgens Sanctissimus Dominus Noster, ac zelando honorem Domus Dei, quæ est Ecclesia, per suas Apostolicas literas in formâ Brevis die sextâ Novembris anni proximè præteriti expeditas exaltavit in fortitudine vocem suam; Voci autem ejus dedit Deus vocem virtutis apud Populos, unde in luce sagittarum suarum lux orta est eis. Damnavit quippe Sanctitas Sua, ut in alia contemporanea instantia dictum est, ac rejecit uti falsas in casu, de quo agebatur, doctrinas allatas: Exprobravit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia declarationibus à Sanctitate Sua toties factis non crediderunt: Præcepit omnimodam, & exactam Interdicti observantiam, sublato tam metus, quàm alio quovis contraveniendi pretextu, vel colore: Distrinxit demum contra Refractorios spirituale Ecclesiæ gladium, interminatis Ecclesiasticis censuris, innovatis Sacrorum Canonum pœnis, & aliis etiam ex integro cumulatis. Porro, ubi primùm evulgatæ fuerunt præfate Pontificiæ literæ per earum affectionem in civitate, & in aliis locis Diœcesis Catanienensis sequenti mense Januarii factam, ad sonitum Apostolicæ vocis commota fuit in contritione multitudo copiosa tam Ecclesiasticorum, quàm Laicorum, uberesque, ac saluberrimi fructus illic apparuerunt; statim enim Interdicti observantiam reassumpserunt Patres Societatis Jesu, & Patres Carmelitæ Discalceati, hac subinde de causa in exilium acti: Sex Monasteria Monialium Civitatis Catanie, paucis exceptis Monialibus, ab interventu, ac respectivè publicâ Divinorum Officiorum celebratione abstinerunt. In Terra Barre Francæ clausa fuit Ecclesia Matrix, illiusque exemplum secuti fuerunt Fratres Minores Ordinis Reformatorum S. Francisci. In Civitate Plazæ, Oppido Petræ Persiæ, & aliis locis ejusdem Diœcesis similiter Interdictum ex parte reintegratum fuit. Innumeri demum, ad plurima Hominum millia, ex omni genere, & sexu, tam Ecclesiasticorum Sæcularium, & Regularium, quàm Laicorum, impetratâ ex indulgentia piæ Matris Ecclesiæ absolutione, ad Interdicti observantiam redierunt, quos omnes expansis ulnis, & in latitudine

Ejus suasionibus, & minis Sæcularis potestatis abducti plurimi Ecclesiastici utriusque Cleri, & Populi Catanienensis Interdictum ubique violant.

Summus Pontifex per suas literas ejusmodi Violatores obiurgat, falsas difaminatas doctrinas damnat, Interdictum exactè ab omnibus observari præcipit.

Pontificiis commoti vocibus plurimi Interdicti observantiam reassumunt in Civitate, & Diœcesi Catanien.

Joannes Baptista Parisius Vicarius generalis Catanien. proditor sui Præsulis & subditorum, & manifestus Interdicti violator, & hostis.

cordis



cordis Apostolica Sedes excepit, opportunè hunc in finem delegata in partibus facultate eos absolventi præstito tamen prius ab illius juramento de non contraveniendo amplius in posterum memorato Interdicto, adèd proinde ex evulgatione dicti Brevis invaluerunt vires obsequentium mandatis Sanctæ Sedis, ut plures ex Adversariis à voce Apostolici tonitru formidantes, quasi submissis alis, ei apertò obfistere minime ausi fuerint. Sed adhuc non defuerunt perversi homines, qui pœnis Ecclesiasticis in nihilum correcti, quinimò adicientes in dies peccatum super peccatum, majori quàm unquam studio conati sunt, ut Interdictum præfatum penitus everterent.

§. 3. Præ aliis verò idem Dominus Procurator Fiscalis narravit, quod Sacerdos Innocentius Roccaforte Bonadies Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Catanensis, ac supradicti Abbatis Barbaræ assertæ, & abrogatæ Monarchiæ Delegati, non tam in munere, quàm in iniquitate successor, ad affixionem dictarum literarum Apostolicarum excaudescens, easque contumeliosis verbis irridens, statim ac intellexit easdem literas fuisse affixas in Civitate Plazzæ, ac Nicolaum Ardizone ibidem pro eadem assertæ, & abrogata Monarchia similiter Delegatum, illas minime lacerasse, aut quidquam contra eas egisse, illius negligentiam graviter increpavit, eumque statim illum remisit cum aliis in separata Instantia nominatis, ut easdem literas referret nec non diligenter inquireret, ac severè in eos animadverteret, qui illas affixerant, vel Interdictum servassent. Subinde idem Innocentius Roccaforte, adjuvantibus Subdiacono Innocentio Patri ejus Nepote, Sacerdote Francisco Viola, aliisque Laicis in contemporanea petitione recentis, die nona Februarii proximè præteriti manus injecit in Sacerdotes Lucianum de Philippis Canonicum Secundarium Ecclesiæ Cathedralis Catanensis, Franciscum Lauriam, & Hieronymum Gemellarium, non alia de causa, nisi quia absolutione impetrata Interdictum observabant, ejusque observantiam verbo, & exemplo apud alios promovebant, ac insuper, quia jussi contra ipsum Interdictum prædicare, constanter abnuerant; Illos itaque destruxit in carceres Regii Castellum Catanisæ Castri Ursini nuncupati, ubi plura pro Ecclesiæ causa sustinuerunt; statim enim inclusi fuerunt in separatis mansionibus, seu veris cryptis, intercluso eis undequaque, ac districtè prohibito quolibet humano commercio, adèd ut vix postea ob loci humiditatem, & hyemalis temporis rigorem impetrare valuerint facultatem morandi ante carceris januas adstantibus excubiis; Cumque ejusmodi ærumnarum causâ in adversam valetudinem incidissent supradicti Hieronymus Gemellarius, & Franciscus Lauria, nonnisi post biduum permissum fuit Medico, ut eundem Gemellarium, sub oculis tamen dicti Subdiaconi Patri, invisere posset: Lauria verò, tametsi graviter ægrotaret, ac pro eo instarent, ac rogarent tam Medicus, quàm Nobiles Catanenses è carceribus emitti, neque etiam sub fidejussione de illic redeundo, postquam convalesceret, obtinere potuit, repulsis semper Intercessoribus à Roccaforte asserente indignos esse nedum gratiâ, sed vitâ Seductores Civitatis, & Regni: repetitis tandem clamoribus, cum propter morbi contumaciam, ac etiam ob fumum, & gravem odorem è virentibus, & putridis lignis, quæ à Vigilibus intra carceres concremabantur, productum, inhabitatio ejusdem carceris intolerabilis evassisset, idem Lauria transferri obtinuit ad carcerem, ubi detinebatur alter Sacerdos Lucianus de Philippis, quem tamen cum primo deteriore expertus fuisset, eo quia undique imbris patebat, ad priorem locum unâ cum dicto Luciano reductus fuit. In-

terim obturatis ad eorum preces auribus, ac sensim carceris angustis in dies adauctis, quotidie sollicitabantur, libertate etiam, & muneribus oblatis, ad Interdicti violationem, sæpius ad Castellum hac de causâ accedente dicto Innocentio Patri nepore Canonici Roccaforte; omni tandem amissâ spe illorum constantiam flectendi, notificatum eis fuit præceptum exulandi à Primario Regni Siciliae Ministro transmissum, datâ tamen eis optione, vel ejusmodi exilii penam subeundi, vel publicè celebrandi; Cumque illi pro constanti Interdicti observantia exilium elegissent, die decimâ Martii exulare jussi fuerunt, ac serò sequentis diei ad navim deducti ab ipsis Roccaforte, Innocentio Patri, & aliis in contemporanea Instantia nominatis, & ad Governatorem Messanæ directi, ibique post varias injurias, & contumelias in aliam naviculam superimpositi, indignâ Principis indignationis, & exilii penâ, extra Regnum fuerunt amandati.

§. 4. Præterea dicti Roccaforte, Joannes Baptista Parisius, & alii in separatâ Instantiâ nominati se contulerunt ad Monasterium Monialium SS. Juliani, & Placidi Civitatis Catanisæ, quæ, ut dictum fuit, ad Interdicti observantiam cum aliis laudabiliter redierant, eorumque mures Militibus circumvallarunt, & ne, quæ eis ad victum necessaria erant, illic introducerentur, prohibuerunt, exinde januas earum Ecclesiarum temerè aperuerunt, seque illas ad alia, & remotiora loca fore traducturos minati fuerunt. Cum autem, his omnibus contemptis, eadem Moniales à constanti custodiendi Interdicti proposito divelli non valuissent, missus fuit à præfato Roccaforte ad Monasterium Sancti Placidi Frater Franciscus Malavigna Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum, Vir impius, & sæculari potestati contra Apostolicam Sedem obsequentissimus, qui illic accedens, & Ecclesiam ingressus, horrendo, & nefario ausu statim aperuit ostium Tabernaculi Augustissimi Eucharistiæ Sacramenti, ac contemptâ Divinæ Majestatis presentiam, sacrilegè arripuit ipsum tremendum Sacramentum, illudque præ manibus tenens, conversus ad Moniales aperuit os suum in blasphemias, ac ipsum Dominum in caput suum invocans, si falsum esset dicturus, contra Interdictum, ejusque validitatem, & observantiam plura execrabilia evomit, ipsaque Moniales obstando, ut idem Interdictum contemnerent, & sæcularis potestatis mandatis obedientiam exhiberent, affirmare perrexit eas lethaliter peccare observando Interdictum, supremamque Veritatem in testem sui mendacii, & hæreticis assertionis advocare non timuit. Quinimò parùm reputans solas Moniales ad Interdicti violationem adegisse, ad ulteriora progrediens, ne dum similibus blasphemis ad parem inobedientiam impellere contendit Religiosos sui Ordinis, sed tentavit insuper totum Siciliae Regnum, imò universum Terrarum Orbem, si fieri potuisset, pestifero sacrilegarum suarum propositionum halitu inficere: In hunc enim finem libellum quemdam conscripsit contra jura Sedis Apostolicæ, & obedientiam divino jure eidem Sanctæ Sedi debitam, amaritudinibus, & maledictionibus plenum, ut supradictò Roccaforte Panorum transmissum, ut typis evulgaretur: credibile tamen est, quod ad ejus lecturam ipsorum Sanctæ Sedis Inimicorum aures exhortarent, & petitæ illius evulgationi non annuerint, licèt quid inde verè securum sit, hætenus ignoretur.

§. 5. Ad hæc gravissima fuerunt vulnera Immunitati, Jurisdictioni, Libertati que Ecclesiasticæ, ac præfato Interdicto illata à supradictò Joanne Baptista Parisio Thesaurario Cathedralis Ecclesiæ Catanensis, quippe qui, licèt à Reve-

Nec tamen defunt, qui in contumacia persistentes illud evertere conantur.

Narrantur plura scelera à Canonico Roccaforte patrata in contemptum Pontificiæ autoritatis, ejusque dira persecutio in Observantes Interdictum.

Eandem ob causam duo Sacerdotes in carceres coniecti, & postea in exilium à toto Regno ejecti.

Alia attentata Canonici Roccaforte in Moniales Catanien.

Horrendum scelus Fr. Francisci Malavigna, ejusque nefarius libellus quod dictas Moniales, ac omnes Siculos ad Interdicti violationem adigere tentavit.



Canonici Parisius ob sua scelera amotus à Vicariatu Generali ab Episcopo Catanien. confirmationem petit, & obtinet à Potestate Saculari, & in officio temere continuat.

rendissimo Domino Episcopo tunc ab Officio Vicariatus Generalis amotus, successo in eius locum Canonico Petro Lauria, de quo inferius dicitur atque ejusmodi remotione eidem Parisio innotuisset, delato ad illius manus uno ex pluribus originalibus Edictis super eadem remotione subscriptis propria manu prædicti Reverendissimi Domini Episcopi, ejusque sigillo munitis, ac in Civitate Catanæ affixis eodem tempore, quo illic affixæ fuerant enunciatæ literæ Apostolicæ super omnimodâ observantiâ Interdicti, præter Epistolam ab eodem Reverendissimo Antistite hæc de re scriptam Confessario ipsius Parisii; Nihilominus, remotione ejusmodi ab initio dissimulatâ, mox ab eâ sine causâ, & injustè (ut jactabat) secuta, recursum habuit ad Primarium Potestatis Sacularis illius Regni Ministrum, transmissis interim per universam Diocesim literis incyclicis, seu circularibus, quibus præcipiebat, ut quousque non rediret responsum dictæ Sacularis potestatis nullatenus sibi obedientia subtraheretur, reportataque (quod plane incredibile videtur) ab eodem Ministro confirmatione in Vicariatus Generalis Officio, auctoritate ejusdem Sacularis Potestatis contra tot notissima Sacrorum Canonum & Conciliorum Decreta, ac contra tot Pontificias Constitutiones in eodem Officio, licet insuper excommunicatus, ac publicè postea denunciatus fuisset, detestabiliter, & pertinaciter perseveravit, & perseverat, non sine maximo Animarum periculo, in rebus præsertim Sacramentorum administrationem concernentibus, & cum gravissimâ Interdicti læsione, quod totis viribus evertere non præmittit.

Plures Canonici Cathedralis Catanien. Interdictum apertè violant & ab aliis violari curant.

§. 6. Complures itidem alii, veritati resistentes, etiam post evulgatas supradictas literas Apostolicas, non desisterunt verbo, & exemplo promovere inobservantiam ejusdem Interdicti, inter quos numerantur Joannes la Valle, Petrus Gullotta, & Joannes Giuffrida Canonici Cathedralis Ecclesiæ Catanien. nec non Archæangelus Caruso, Eralmus Barbagallo, & Fabritius Strano ejusdem Ecclesiæ Canonici Secundarii, ac Sacerdos, Petrus Scoto Canonici Collegiæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Montis Serrati Catanæ: Sed præ cæteris nonnulli ex Regularibus, videlicet supradictus Fr. Franciscus Malvigna, & Frater Illuminatus Scoto Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantiâ Reformatorum, Frater Bonaventura Campanelli, & Frater Vincentius pariter Campanelli germani fratres, Minores Conventuales ejusdem Sancti Francisci, & Pater Franciscus Maria Afmondo Congregationis Clericorum Regularium Minorum, qui profitentes se esse legis Doctores, sed verius erroris, ac mendacii Magistros se ostendentes, facti sunt acerrimi Persecutores jurium Apostolicæ Sedis, falsis eorum doctrinis abducentes Populos ab obedientiâ eidem debitâ, ac Refractarios in propriâ pertinaciâ obfirmantes, & contra præfatum Interdictum inflammantes. Cæterum hæc doctrinis magis obdurata fuerunt corda filiorum iniquitatis, qui in suâ obstinatione perseverantes, studia omnia adhibuerunt, ut eos inquirerent qui Interdictum observabant, & præsertim Sacerdotes, qui illud etiam ab aliis, ut par erat, observari curabant; illos propterea, veluti Seditiosos, Rebelles, & publicæ pacis Perturbatores apud omnes proclamare ausi sunt, ut eos penitus perderent. Præ aliis autem contumeliosè à Regno Sicilia ejecerunt Sacerdotem, Petrum Lauriam Canonicum Cathedralis Ecclesiæ Catanien. & in Officio Vicariatus Generalis ejusdem Ecclesiæ in locum memoratî Parisii à Reverendissimo Domino Episcopo, ut superius dictum fuit, subrogatum, qui cum operâ ejusdem Parisii, & Canonici Roc-

Idem agunt complures Sacerdotes Sæculares, & Regulares, qui præterea Pontificiam auctoritatem impiè insectantur.

caforte, longè ante mox dictam suam subrogationem jam loco carceris detineretur in Civitate Messanæ unâ cum Sacerdote Carolo Colli, in quam ut paratum declinarent carcerem, à Civitate Catanæ aufugientes se receperant, ac in eadem Civitate Messanæ sui muneris partes pro loci, & temporis conditione explendo, obsequentes Interdicto confirmare; aliosque ad ejus observantiam revocare non præmitterent, in id etiam cooperante præfato Sacerdote Carolo Colli, exemplò die 11. Septembris proxime præteriti, instigante supradictò Roccaforte, ambo à Comite Vianzini Governatore Messanæ acciti, & confestim in manus Custodis Portus Messanen. traditi, & ab eo, Militibus adstantibus, rectè in paratam naviculam impositi, & à Regno expulsi fuerunt. Præterea in Civitate Paternionis, ubi pro Seculari potestate vigili, & improbâ sollicitudine incumbabant contra Ecclesiasticum Interdictum Sacerdos Josephus Sparpaglia Vicarius Foraneus, & Joseph Gargia Ayello Dux Justitiæ dictæ Civitatis ab eisdem circa mensem Aprilis labantis anni in carceres conjecti fuerunt Canonici Antoninus Santangeli, & Pater Lector Dominicus Diamenti Ordinis Prædicatorum, nec non sequenti mense Junio in Conventu S. Mariæ Gratiarum procurata fuit captura P. Josephi de Piazza Congregationis Italiæ Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Excelsiorum nuncupat. quam tamen ille non sine vitæ suæ discrimine è speculâ se projiciendo evasit, licet eum Miles armatâ manu insequeretur. Nec sanè dissimilia passi fuissent Sacerdotes Stephanus Afmetto Cantor, & Sebastianus Scandura Cappellanus Collegiæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ dell'alto, nec non Alfius Rosso, & Salvator Rosso Cappellani in alia Ecclesiâ sub invocatione S. Barbaræ ejusdem Civitatis Paternionis, ac Sacerdos Fortunatus Pappardo, qui religiosè abnuerant viol re Interdictum, ad quod jussu, & minis prædictorum Josephi Sparpaglia Vicarii Foranei, & Josephi Gargia Ayello Ducis Justitiæ pluries compulsi fuerant, nisi, cum se advincula conquiri intellexerunt, aliorum exemplo cautiores redditi, arrepti à Regno fugâ mensibus Julio, & Augusto proximè præteritis, Adversariorum consilia elusissent. Hanc quoque Persecutorum iram pari fugâ declinarunt Sacerdotes Gaspar Cantarella, & Laurentius de Amico è Civitate Jacis Sancti Antonii, quos in carcerem conficere curaverat N. N. Nazione Sabaudus, Capitaneus Militum Armorum Civitatis Jacis Realis, nec non Sacerdos Laurentius Vattatus Cappellanus in Ecclesiâ Matrice ejusdem Locis Jacis Sancti Antonii, contra quem odio exarserat memoratus Roccaforte, instigante Josepho Maria Foraneo Jacis Realis, qui ulterius minis, & carceris terrore compellere tentaverat Sacerdotem Mariam Gulli Cappellanus in Ecclesiâ Sancti Sebastiani dictæ Civitatis Jacis Realis, ut facultatem audiendi Sacramentales Confessiones à supradictò Parisio, licet jamdiu ab Officio Vicariatus Generalis deposito acciperet; Unde omnes prænominati, ne iniquis Compulsorum mandatis obtemperando, Dei, & Ecclesiæ Ordinationi resisterent, Patriâ relicta, è toto Sicilia Regno de mense Septembris, proximè præteriti aufugerunt. Non impari virtute eligentes Deo potius, quam hominibus placere, Sacerdotes Christophorus Sanchez Cappellanus Ecclesiæ Cathedralis Civitatis Catanæ, Bartholomeus Petralia Beneficiatus Secundarius Ecclesiæ Collegiæ S. Mariæ Montis Serrati, P. Franciscus Balestreri Ordinis Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, & Clericus Joseph Finocchiaro Sacrista in Ecclesiâ nuncupatâ dell' morti dictæ Civitatis, impiorum

Fervet persecutio in Observantes interdictum & plures carceribus mancipantur.

Alii in exilium è toto Regno ejiciuntur.

Alii ad evitandas persecutionis ærumnas fuga ex illis Partibus sibi consulunt.



Patili, & Roccaforte vocem contemnentis, ut eorum indignationem evaderent, è Regno pariter circa idem tempus abierunt: Illorum tamen manus non evitarunt Sacerdotes Horatius Polverenti, & Petrus Margariti, qui culpabiles apud eosdem Compulsores indicati, ex quo Interdicto, ut æquum erat, obtemperando, clausis januis in dicta Ecclesia delicti mortis Sacrum faciebant, de mense Junio proximè elapso carceribus mancipati, & subinde pœna exilii è Civitate, & Diocesi Catanien. multati fuerunt.

Recensentur plures alii Regulares, & Sacerdotes Sæculares, qui Interdictum violarunt, & ab aliis violari curarunt in Civitate, & Diocesi Catanien.

§. 7. Demum silentio prætereunda non sunt, quæ idem Dominus Procurator Fiscalis prosequendo addidit patrata fuisse in eadem Civitate Catanæ contra Ecclesiasticum Interdictum à P. Lucio Bonanno Ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinensis Abbate Monasterii Sancti Nicolai de Arena, & à Fr. Raymundo Bonfiglio Ordinis Prædicatorum degente in Conventu Sanctæ Catharinæ Senensis, aliisque Ecclesiasticis mox nominandis. Dicitur enim Pater Bonannus haud satis egisse reputans Religiosos sibi Subditos pravo suo exemplo ad Interdicti violationem adigendo, referatis etiam Ecclesiæ januis, ut omnibus opportunis daretur publica Divinorum Officiorum celebrationi interessendi, propriâ auctoritate abuti pergens, eos, qui iniquo præcepto parere detestantur, ad ejusmodi obedientiam sibi exhibendam minis coegit, & P. Alexandrum Pilo in recto observantiæ proposito perseverantem, tentavit primò parata carceratione terrere, & subinde mense Martio proximè præterito, in juncta exilii pœna, è Monasterio ejecit: Frater verò Bonfiglio Consiliarius supradicti Canonici Roccaforte, nedum ejus animum malignantibus consiliis obduravit, & magis in dies obdurat, sed insuper suasionibus æquè perveris ab observando Interdicto avertit Matronas Civitatis, easque falsa illius religione deceptas in viam perditionis adduxit. Horum iniquitatem confectati fuerunt Sacerdotes Augustinus Manduca Primarius Cathedralis Ecclesiæ Sacrista, & præfati Canonici Roccaforte Confessarius, qui perveraciter persistentes in violatione Interdicti, pluries, & palam in Ecclesiæ Sacratio contra Observantes oblocutus fuit, impiè etiam in Summi Pontificis potestatem blasphemans: Nec non Antonius Tropea ejusdem Ecclesiæ Cathedralis Canonicus, qui in præmium improbi laboris verbo, & exemplo impensit, ut alios ad Interdictum violandum induceret, promeruit in Rectorem Seminarii à Partilio constitui ut Alumnos ejus curæ, & educationi commissos ad patrem inobservantiam eradiret. Nec à prædictis dissenit alter Sacerdos Martinus Maria: Declamavit enim in Civitate Jacis Realis contra Interdicti observantiam: Sollicitavit alios ad illud contemneandum: Et in Ecclesia sui juris patronatus sub Invocatione Sancti Martini, publica commoditati hac de re aperta, celebravit, cæteraque Divina Officia peregit; Rebusque aliis in Processu, & Processibus Cause, & Causarum hujusmodi latius deductis, ad quos &c. præmissa omnia, & singula committentes, ac temerè, & sacrilegè patrans contra Immunitatem, jurisdictionem, & Libertatem Ecclesiasticam, ac Interdictum in præfatis Civitate, ac Diocesi Catanien. de ordine Sanctissimi Domini Nostri appositum, non solum violantes, sed etiam acerrimè oppugnant, ad illius violationem cum maximo Fidelium scandalo, ac Pontificæ Authoritatis contemptu, sive mandando, committendo, compellendo, sive consulendo, instigando, & aliâ quomodolibet cooperando urgentes, tam directè, quam indirectè, tam conjunctim, quam divisim, & aliâ omni &c. singula singulis congruè referendo non solum &c. sed omni &c. super qui-

bus &c. Quamobrem ad Instantiam, & pro parte præfati Domini Procuratoris Fiscalis fuimus instantes, & debite requisiti, quatenus de opportuno Juris remedio providere, & Monitorium extrâ Romanam Curiam, & ad Partes ad legitime temporendum decernere, & concedere dignaremur, quare præfatum, & exhibitum Nobis Chirographo manu ejusdem Sanctissimi Domini Nostri die vigesima sexta mensis Martii currentis anni signato, tenoris sequentis, videlicet:

*Monsignor Arcivescovo di Tebe, Auditor Generale della nostra Camera Apostolica. Con altro nostro precedente Chirografo, spedito dal nostro Palazzo di Monte Cavallo in data delli 30. Novembre 1714. vi ordinammo, che atteso l'accessersi sempre più nel Regno di Sicilia le violazioni dell'Immunità, giurisdizione, e libertà Ecclesiastica, e specialmente le Compulsioni, Consultæ, ed Instigazioni all'inosservanza degl' Interdetti di nostr'ordine apposti nella Città, e Diocesi di Catania, e Girgento, Voi, ed il vostro Tribunale dovete procedere alla formazione de' Processi, e trasmissione de' Monitori contro quelli, che fossero risultrati Violatori, come sopra, Mandanti, Compulsori, Consultori, Instigatori, ed in qualunque modo Cooperanti alla contravvenzione di detti Interdetti tanto direttamente, quanto indirettamente; concedendovi à tal' effetto le facultà necessarie: E quantunque Voi, & il vostro Tribunale, come Esecutore Generale delle Lettere Apostoliche, avreste potuto procedere in questa Causa, e Cause con le vostre ordinarie facultà; nondimeno à maggior cautela, & di nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della nostra Potestà assoluta, preservando primieramente tutte, e singole altre ragioni, che intorno à ciò havessero potuto in qualunque modo, e tempo competere al nostro Fisco, & avocando à Noi, in quanto haveste fatto da bisogno, questa Causa, e Cause da qualunque Tribunale, Congregazione, e Giudice, come anco avendo per espresso il contenuto del Processo, & Processi fabricati di ordine nostro, come se di parola in parola vi fossero stati inferiti, con detto nostro Chirografo le commettesse à Voi, ed al vostro Tribunale con li suoi annessi, connessi, e dipendenti, anche con la clausola quam, & quas, comandandovi espressamente, che non solo in virtù delle vostre facultà generali, ma anche in vigore delle particolari con detto nostro Chirografo concedutevi, dovete procedere alla trasmissione de' Monitorii, e citazioni contro tutti quelli, che da Processi nel vostro Tribunale formati sufficientemente fossero restati indiziati per Violatori dell'Immunità, giurisdizione, e libertà Ecclesiastica, Mandanti, Compulsori, Consultori, Instigatori, & in qualsivoglia modo tanto direttamente, quanto indirettamente Cooperatori all' inosservanza degl' Interdetti di nostro ordine apposti nelle Diocesi di Catania, e Girgento, e contro qualsivoglia Persona, tanto Laici di qualsivoglia grado, preminenza, e dignità, quanto Ecclesiastici, e Scolari, e Regolari di qualunque Ordine, Congregazione, Istituto, & anche della Compagnia di Gesù, e quantunque si trattasse di Consultori, Qualificatori, & altri simili Ministri del Sant' Offizio di quel Regno, & d'ogni altra Persona di speciale, specialissima, & individua nota digni, ed insieme vi concedemmo tutte le facultà di procedere à suo tempo contro li sudetti, benchè da Noi non nominati, e dichiararli incorsi in tutte, e singole censure, che sono prescritte da sacri Canoni, Decreti de Concilii Generali, e Costituzione Apostoliche, come meglio in detto Chirografo, che habbiamo qui per espresso, come fusteregistrato di parola in parola, quale non solo confermiamo in tutto, e per tutto, ma ampliamo in modo, che espressamente di simile nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della nostra Potestà assoluta concediamo à*

Ejusmodi delictorum causa à Pontifice per speciale Chirographum de legatur à C.

Voi,



Voi, e vostro Tribunale, doppo haver una, o più volte proceduto alle dichiarazioni, e condanne contro li Violatori sudetti senza bisogno di altro Chirografo possiate, e possa il vostro Tribunale continuare, e nuovamente formare Processi contro li sudetti Violatori dell'Imunità, Giurisdizione, e Libertà Ecclesiastica, Consultori, Instigatori, ed in qualunque altro modo Cooperatori diversamente, o indirettamente all'inservanza degl' Interdetti come sopra, e contro li Violatori de medesimi in detto Regno di Sicilia, e particolarmente nelle Città, e Diocesi di Catania, e Girgento, compresi ancora la Città, e la Diocesi di Lipari, e dichiararli incorsi nelle pene, che di ragione saranno competenti in esecuzione de sacri Canoni, Decreti de Concilii generali, Costituzione, e Brevi Apostolici, e particolarmente del nostro Breve emanato sotto li 6. Novembre 1714. super omnimoda, & involuabli observantia Ecclesiastici Interdicti &c. senza pregiudizio di altre pene, che de Jure competessero. Et affinché più facilmente possiate ciò eseguire in avvenire, e quante volte occorrerà senza altro nostro Chirografo, vi concediamo ancora la facoltà, rimossa ogni appellazione, rachimio, ricorso, opposizione di nullità, etiam ex tribus, & altre ordinarie, & straordinarie, di poterli citare per Editto, costando anco sommariamente, & estragiudicialmente, e quanto vi parerà che basti, del non tutto acceso; volendo, e decretando, che il Monitorio, o Monitorii, che intorno a ciò si spediranno da Voi, e vostro Tribunale, assisti che saranno in Roma alla Basilica di S. Pietro alla Curia Innocentiana, & in Campo di Fiore & alle Chiese Cathedrali, o maggiori delle nostre Città, Terre, e Luoghi di Terracina, Nettuno, Porto d'Anzio, Fiumicino, Civitavecchia, & Ancona, vagliano, & abbiano la loro forza, e vigore, contro chi si sia, come se personalmente fossero stati citati, moniti, & intimati; derogando, in quanto sia di bisogno a questo effetto, e per questa volta solamente, alle Constitutioni Apostoliche, fatte, & ordinate anche ne Concilii Generali, e particolarmente a quelle delli nostri Predecessori Bonifatio VIII. de una, & Innocenzo III. nel Concilio Generale Lateranense de duabus dietis, & ogni'altra cosa, che facesse in contrario, ancorche avesse bisogno d'espresa, specifica, & individua mentione, li tenori delle quali tutte, e singole vogliamo, che si abbinno qui per espressi, & inserti di parola in parola, e che il presente Nostro Chirografo voglia, & abbia il suo pieno effetto, vigore & esecuzione con la nostra sola sottoscrizione, benché non sia registrato nelli Libri della nostra Camera, né in alcun modo sia servata la forma della Costituzione di Pio IV. parimente nostro Predecessore de registrandis, alla quale perciò per questa volta sola deroghiamo, e che contro di esso non si possa in alcun tempo opporre di obrezione, o subrezione, mancanza della nostra volontà, & intenzione, né di qualsivoglia altro difetto, benché degno di espresa, speciale, & individua mentione, e che non si possa diversamente interpretare, o giudicare; dichiarando nullo, e irritato tutto ciò, che in contrario da qualunque persona scientemente, o ignorantemente si facesse, o si attentasse. Non ostante quanto a tutte e singole cose premesse, qualsivoglia Costituzione, & Ordinanza Apostolica, Concilii anche Generali, statuti, usi, consuetudini, Decreti, Indulti, e Privilegii sotto qualunque forma, e tenore, etiam con derogatorie di derogatorie, etiam concessi motu proprio, e per remunerazione di servizii resi alla Religione Cattolica, & alla Santa Sede, e con qualsivoglia altre Clausole, e Decreti: A quali tutti, e singoli etiam più volte confermati, e benché ricercassero speciale, & individua mentione, havendo li loro tenori per espressi, di simil moto proprio, e pienezza della nostra assoluta Potestà espressamente per questa volta sola, e per gli effetti sudetti pienamente deroghiamo, perché tale è la nostra espresa, e determi-

nata mente. Dato nel nostro Palazzo Apostolico di Monte Cavallo questo dì 26. Marzo, 1715.

CLEMENS PAPA XI.

Pecit, & summa cum instantia postulavit, sine præjudicio tamen procedendi suis loco, & tempore contra alios in præfenti Monitorio non expressos, & in præmissis, vel circa ea huc usque repositos, vel in posterum reperiendos culpabiles, tam ex causis prædictis, quam cujuscumque alterius læsionis Immunitatis, Jurisdictionis, & Libertatis Ecclesiasticæ, ac omnium, & singulorum Jurium hæctenus quomodolibet, & quatercumque Fisco acquiritorum, & competentium suis loco, & tempore deducendorum, de quibus omnibus, & aliis de jure, & de stylo protestandis, expressè protestatur, itaut protestatio hujusmodi intelligatur facta, & repetita in qualibet parte harum nostrarum literarum Monitorialium, & in toto processu desuper in posterum fabricando, & non aliàs &c. quatenus sibi Literas Monitoriales ad Partes per Edictum publicum in locis in præferto Chirographo designatis, affigendas, exequendas, & publicandas, cum pro illis exequendis in Regno Siciliae tutus non pateat accessus, in forma solita decernere, & concedere, & alias de opportuno juris remedio providere dignemur. Nos igitur Nicolaus Spinula Archiepiscopus Thebarum, Judex Executor, & Auditor prædictus antedentes requisitionem hujusmodi fore justam, & rationi consonam in vim ordinariæ nostræ Authoritatis, præfertoque Chirographo Nobis, ut præfatur, præsentato in hærentes, ac etiam facultate in illo Nobis, nostroque Tribunali attributâ utentes, confititque Nobis, per Testes fide dignos de mandato nostro jam examinatos ad dictum Regnum Siciliae, in quo moram trahunt, & morari solent citandi, & monendi, pro præsentibus nostris Monitorialibus Literis exequendis tutum non patere accessum, petitas Literas Monitoriales concedendas, & in locis infradicendis exequendas, & publicandas fore, & esse duximus, & mandamus per præfentes.

§. 8. Quo circa vobis omnibus, & singulis supradictis, ac vestrum cuilibet in solidum tenore præfentium committimus, & in virtute Sanctæ Obedientiæ strictè præcipiendo mandamus, quatenus visis iidem præfentibus per præfens publicum nostrum Edictum in Romanâ Curia in Audientiâ publicâ Literarum Contradictarum Sanctissimi Domini Nostri Papæ legendum, & ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Curia Innocentianæ, & in Acie Campi Floræ, & extra etiam in Confinibus maritimis hujus Status Ecclesiastici, nempe in Civitatibus, Terris, & Locis Terracinae, Neptuni, Portus Antii, Flumicini, Civitatis Vetulæ, & Anconæ per affixionem, publicationem, & executionem ad valvas Cathedralium, & majorum Ecclesiarum respectivè ex parte nostrâ, immò veriùs Apostolicâ Authoritate pronunc, & sine præjudicio facultatis procedendi suis loco, & tempore contra alios, ac etiam contra prædictos gravioribus pœnis repositos, vel reperiendos culpabiles, (quorum aliqui iterum incurrerunt in censuras, licet aliàs excommunicati declarati extiterint) quam facultatem Nobis expressè reservamus, supradictos Sacerdotem Innocentium Roccaforte, Bonadies Canonicum Cathedralis Ecclesie Catanien. Subdiaconum Innocentium Patti Nepotem dicti Canonici Roccaforte, Sacerdotem Franciscum Viola, Sacerdotem Joannem Baptistam Parisium Thesaurarium Ecclesie Cathedralis Catanien., olim Vicarium Generalem, & jam ab ejusmodi Officio depositum, Fr. Franciscum Malasigna Ordinis Alinorum Reformatorem S. Francisci, Joannem la Valle, Petrum Gullotta, & Joannem

Nomina omnium prædictorum Violatorum Interdicti hostium Pontificiæ authoritatis.



*Giuffrida Canonicus Cathedralis Ecclesie Catanien., Archangelum Caruso, Erasimum Barbagallo, & Fabritium Strano Canonicos Secundarios ejusdem Ecclesie, Sacerdotem Petrum Scoto Canonicum Collegiate Ecclesie Sancte Marie Montis Serrati dicte Civitatis Catanie, Fr. Illuminatum Scoto Ordinis Minorum Reformatorem Sancti Francisci, Fr. Bonaventuram Campanelli, & Fr. Vincentium Campanelli germanos Fratres Minores Conventuales ejusdem Sancti Francisci, P. Franciscum Mariam Asmondo Congregationis Clericorum Regularium Minorum, Comitem Vianzini Gubernatorem Civitatis Messane, N. N. Custodem, seu Capitaneum Portus ejusdem Civitatis Messane, & N. N. N. N. Milites, Sacerdotem Josephum Sparpaglia Vicarium foraneum Civitatis Paternonis, Josephum Garzia Ayello Ducem Justitie ejusdem Civitatis N. N. Natione Sabaudum Capitaneum Militum Armorum Civitatis Jacis Realis, & Josephum Maria Vicarium foraneum hujus Civitatis, P. Lucium Bonannum Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Cassinensis Abbatem Monasterii Sancti Nicolai de Arena Civitatis Catanie, Fr. Raymondum Bonfiglio Ordinis Predicatorum degentem in Conventu S. Catharine Senensis Catanie, Sacerdotem Antonium Tropeam Canonicum ejusdem Ecclesie Cathedralis, & Sacerdotem Martinum Maria de Civitate Jacis Realis, (cum quoad alios Laicos in premissis repectos culpabiles in separata Instantia agatur) ceteris, moneatis, & requiratis, prout Nos eisdem harum serie citamus, monemus, & requirimus, primo, secundo, & tertio peremptorio termino, quatenus infra duorum mensium spatium, quorum priores viginti dies pro primo, alios viginti dies pro secundo, posteriores vero viginti dies pro tertio, ultimo, & peremptorio termino, ac trinam canonicam monitionem assignamus, & vos affignetis, debeant, & quilibet ipsorum, prout eos tangit, debeat Roma in Judicio coram Nobis, vel infra scripto Perillustri, & Excellentissimo D. Dominico Cesare Florello Locumtenente nostro in Criminalibus Generali legitime comparuisse, & comparere ad deducendum, & allegandum causam, quare non debeat ipsos, & eorum quemlibet in omnes, & singulas censuras, & penas in Sacris Canonibus, Conciliis, & Constitutionibus Apostolicis, & presertim in Bulla die Cene Domini quotannis legi, & publicari solita, nec non quoad Ecclesiasticos Saeculares, in Dignitatum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum cujusvis generis, seu naturae sint, quod vero ad Regulares, in Officiorum, Dignitatum, & graduum Regularium quorumcumque per eos respective obtentorum privationis, perpetuaeque inhabilitatis ad illa, & alia similia, vel dissimilia quaecumque in posterum quomodolibet obtinenda, penas, aliasque in supradictis Literis Apostolicis in forma Brevis Sanctissimi Domini Nostri die sexta Novembris anni millesimi septingentesimi decimiquarti expeditis super omnimoda, & invariabili Interdicti observantia contentas, inflictas, impositas, & comminatas, incidisse, & incurrisse declarari, ac sine praesudicio aliarum penarum in omnes praedictos, vel eorum singulos irrogandarum, contra illos, & illorum quemlibet literas quascumque desuper necessarias, & opportunas decerni, & relaxari, ac ad omnes, & singulos actus, de, & super praemissis, & circa ea quomodolibet necessarios, & opportunos procedi, nec non respective ad videndum sese in censuras, & penas hujusmodi incidisse, & incurrisse declarari, ipsique D. Procuratori Fiscali Generali Jus, & Justitiam ministrari; Certificantes eisdem Innocentium Roccaforte Bonadies, Innocentium Patti, Franciscum Viola, Joannem Baptistam Parisio, Fr. Franciscum Malavigna, Joan-*

Monentur, & citantur ad comparandum, & alle-

nem la Valle, Petrum Gullora, Joannem Giuffrida, Archangelum Caruso, Erasimum Barbagallo, Fabritium Strano, Petrum Scoto, Fr. Illuminatum Scoto, Fr. Bonaventuram Campanelli, Fr. Vincentium Campanelli, P. Franciscum Mariam Asmondo, Comitem Vianzini Gubernatorem Civitatis Messanae, N. N. Custodem, seu Capitaneum Portus Messanae, & N. N. N. N. Milites, Josephum Sparpaglia, Josephum Garzia Ayello, N. N. Natione Sabaudum Capitaneum Militum Armorum Civitatis Jacis Realis & Josephum Maria, P. Lucium Bonannum, Fr. Raymondum Bonfiglio, Augustinum Manduca, Antonium Tropea, & Martinum Maria sic citatos, & monitos, quod si in dicto termino ipsis praefixo legitime non comparuerint, vel aliquis eorum non comparuerit, Nos, vel dictus Locumtenens Criminalis infra scriptus, nihilominus, servatis terminis de stylo Curiae servari solitis, ad omnium, & singularum censurarum, & penarum praedictarum respective (ultra alias de Jure competentes, reservatas) incursum declarationem, & executionem, Cedulo, numque dictae Excommunicationis relaxationem, afflictionem, publicationemque respective, & ad omnia alia necessaria, & opportuna deveniemus, & procedemus, sive deveniet, & procedet, justitia mediante, eorum absentia, & contumacia non obstante. In quorum fidem &c. Datum Romae ex Magna Curia Innocentiana Anno a Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo septingentesimo decimoquinto, Indictione octava, die vero 9. mensis Decembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papae XI. Anno decimo sexto.

Dominicus Caesar Florellus Locumtenens, & Index Deputatus.

Paulus Fatius Curiae Caesarum Camera Apostolicae Notarius.

Die 17. Martii 1716. Elapsis terminis in antedicto Monitorio praefixis, aliisque servatis de stylo Curiae servari solitis, lata, & publicata fuit contra omnes citatos Contumaces Sententia declaratoria incursum in omnes, & singulas Censuras, ac penas in eodem Monitorio contentas, & comminatas.

Eademque die decreta, relaxata, typis impressa, & consuetis locis Urbis palam affixa fuit publica Scheda Cedoloni-nuncupata, qua universis Christianis fidelibus denunciati fuerunt excommunicati vitandi, ac in eventum mortis privati Ecclesiastica Sepultura ii omnes, & singuli, contra quos praedicta Sententia lata fuit.

#### MONITORIUM

XII.

Die 6. Junii 1716. vigore specialis Chirographi Pontificii expeditum contra plures, qui communicari aut fuerunt in Divinis cum Excommunicationis vitandis in Regno Siciliae cum praefixione termini ad legitime comparandum sub censuris, & penis in Sacris Canonibus, & Conciliis contentis, ac monitione ad omnes Christianos, ut a quocumque prohibita cum illis communicationis genere se abstineant.

Nicolaus Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Spinula Curiae Caesarum Camera Apostolicae Generalis Pro-Auditor, Romanaeque Curiae Index Ordinaris, Sententiarum quoque, ac Censurarum tam in eadem Romana Curia, quam extra eam latorum, ac literarum Apostolicarum quarumcumque Universalis, ac merus Executor.

Universis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Archidiaconis, Scholasticis, Can-

gandum causam quare declarari non debeant incidisse in Censuras, & penas &c.